

b) Aicardinus de Capitibus nigris und Oddolinus de Pecenariis¹, vom Hofe Karls IV. zurückkehrend, melden den Herren von Gonzaga ihren Reiseweg.

Capodistria (1365) Dez. 17.

Original Mantua, Staatsarchiv, Gonzaga E II 3 (439).
Ein kleines Ringsiegel zum Verschluss aufgedrückt.

Magnifici domini nostri. Die XXV. Novembris recessimus a domino inperatore de civitate Bude in Ungaria et venimus per Ungariam et Slavoniam eques usque ad teram Fluminis et ibi intravimus mare. Et misimus equos per teram pro maiori securitate usque Iustinopolim et deinde ibimus per mare usque Venetias, postmodum Mantue ad vos Deo dante. Per teram autem mitimus equos et cum eis mitimus Zumignanum de Mantua, latorem presencium, qui vestri amore et sui curialitate de Iustino-
poli, ubi abitat, obtulit se iturum^a cum equis predictis, qui equi sunt VII. Et pro certo male potuissimus facere absque dicto Zumignano defectu familiarium. Quam cicius poterimus ad vos erimus, ut valde afetamus.

Data Iustinopoli die XVII. Decembris.

Aicardinus de Capitibus nigris.

Oddolinus de Pecenariis.

In verso von der Hand des Kontextes:

Magnificis dominis dominis Mantue, dominis meis karissimis.

XIII. Zum zweiten Römerzuge Karls IV.

a) Lambert Bischof von Speyer bittet Marquard Patriarchen von Aquileja, ihm für den unmittelbar bevorstehenden Römerzug Karls IV. Quartier in Sacile zu beschaffen.

1368 März 27.

Original(Papier) offen, Mantua, Staatsarchiv, Gonzaga E II 3 (439).

Reverendissime pater et dilecte domine mi gratiose. Vestre reverencie notifico per presentes, quod dominus noster imperator se fortiter preparat ad illud iter arripiendum et omnes suos stipendiarios de stipendio eis debito iam expedivit et in ebdomeda presenti a Praga

a) Folgen 2 gestrichene Buchstaben.

1) Offenbar identisch mit Oddolinus de Peten. BH Reichss. 473.